



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

Confessarij quando maximè confessionibus audiendis vacare debeant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

ueant intempestiuè venientes ad se confitendi gratia. sed neque signo, aut verbis vllis præferant, ægre se, grauatoque animo confessiones eorum excipere; quin potius ita se comparent, vt intelligant pœnitentes eos salutis eorum causa multum solatij, & gaudij ex ijs laboribus haurire.

*Confessarij quando maximè Confessionibus audiendis vacare debeant.*

Ex hac eorum alacritate nasceretur etiam hoc commodi, ne pœnitentes excusationem iustam prætexere possint, se non esse confessos, maximè quibus temporibus ad id tenentur, per speciem quasi commoditatem non habuerint. Præterea autem admonemus Confessarios, si vel ad exequias, vel quæuis alia Ecclesiastica munia illos euocari contingat, nisi causa prorsus sit necessaria, vt ne confessiones ijs diebus propterea vel interrompant, vel intermittant, quibus frequentiores solent occurrere, maximè octiduo, aut amplius ante diem natalem D. N. IESV Christi, in Quadragesima, & præcipuè circa medium illius vsque ad octauam Paschæ, nonnullos etiam diebus cum Iubilæum promulgatum est, alijs solennioribus festis, quibus, vt plurimum, populus, vel omnis, vel ex maiore parte Confessionis Sacramentum confuit.

Cupimus etiam in hunc finem, Superiores Regularium certiores ea de re redditos, vt prædictis temporibus procurent, quantum poterunt numerum maximum Confessariorum, qui doctrina, & timore Domini insignes, atque à nobis

nobis approbati in suis Ecclesijs pœnitentes audi-  
diant.

*Confessiones ægrotorum quomodo excipienda.*

Quoties regulares ad ægrotantium confes-  
siones excipiendas accersuntur, si necessitas al-  
liud nõ suadeat, ex pastore prius intelligant, quæ  
conditio, & status sit ægroti, vt tantò diligentius  
anima duertant, si quid alleuamenti conscientia  
illius præberi valeat, præsertim in summo tem-  
poris illius articulo, in quo velut in cardine ver-  
titur aut animæ salus, aut perditio æterna: quod  
si temporis breuitas non patiatur ante confes-  
sionem id fieri, saltem ab audita confessione  
quàm citissime fiat, vt tam ipse Confessarius,  
quàm Pastor in procuranda hominis infirmi sa-  
lute suo officio non arguantur defuisse.

Cum primum Sacerdos Sacramentum Pœni-  
tentia cuiquam ægroti ministravit, in schedula  
subscribat, quæ qualis esse debeat, infra dicitur,  
eaque fateatur se pœnitentis confessionem ex-  
cepisse. Quod ideo fit, ne Medici curam suam  
subtrahere infirmis cogantur, iuxta Bullam fel.  
mem. Pij V. & Decretum primi nostri Concilij  
Prouincialis, & ne per negligentiam Confessa-  
riorum in dicta fide præstanda sumant occasio-  
nem excusandi se ab obseruantia præfatæ Bul-  
lae, & Decreti.

*Confessiones extra templum non audienda.*

Populariam in domibus confessiones nemo  
audiat, nec virorum, nec sceminarum, cuiuscun-  
que vel ordinis, vel conditionis illi fuerint, nisi  
dum ægrotant; quod cum sit, & mulierum con-